

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Anast. Freylinghsii, Pastoris Vlriciani Et Gymnasii Scholarchae, Fvndamenta Theologiae Christianae, In Doctrinis Fidei Ex Verbo Dei Perspicve ...

Freylinghausen, Johann Anastasius

Halis Magdeb., MDCCLXXV.

VD18 13062689

Articulus Vicesimus Secundus. De Magistratu Politico.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206191

ARTICVLVS VICESIMVS SECVNDVS.

DE

MAGISTRATV POLITICO.

§. I.

Secundus status hierarchicus Christiano-
rum est *magistratus politicus*: de quo status hie-
in hoc articulo maxime necessaria propo-
nenda sunt. rarchicus
Christia-
norum
quis?

§. II.

Magistratus politicus, si originem eius Magistra-
spectes, non mere humanum inuentum, sed tus politi-
sanctus et *diuinus* ordo est, quandoquidem cus unde
Deus alios imperare, alios parere et obedi-
re vult, Rom. XIII, 1. Sirac. XVII, 14. Vnde
qui in isto ordine viuunt, spectandi sunt
tamquam diuinitus in eo constituti, siue po-
testatem et dignitatem magistratus imme-
diate a Deo habeant, vti Moses, Exod. III,
10. Iosua, Num. XXVII, 18. Deut. III, 28.
Saul, 1 Sam. IX, 15. seq. Dauid, 1 Sam. XVI, 12.
aliique plures; siue eam more consueto,
vel hereditate, vel suffragiis, vel, Deo id per-
mittente, ferro et armis adepti sint, Dan. II,
20. 21. Ier. XXVII, 5. 6. Ab ipso etiam
Deo proficisci oportet, vt quis ad magistra-
tum digne gerendum idoneus sit, Prou. VIII,
14-16. Sirac. X, 4. 5. sicut idem ille est,
per quem et cuius in nomine potestas omnis

X 4

geren-

gerenda et exercenda est, 2 Par. XIX, 6. Vnde magistratus Θεῶν δαίμονες, Dei minister, Rom. XIII, 4. et principes, ὑπηρεταί τῶν αὐτῶ βασιλείας, ministri regni eius, Sap. VI, 5. immo etiam אלהי, dii, Exod. XXII, 28. Psalm. LXXXII, 1. 6. Io. X, 34. 35. 1 Cor. VIII, 5. vocantur. Iraque qui potestati repugnat, Dei institutioni resistit. Rom. XIII, 2.

§. III.

Anne hic In nouo testamento hic ordo tantum abest ordo in ut per euangelium sublatu fuerit, ut potius N. T. sub stabilitus et confirmatus sit, uti videmus Rom. latus est? XIII, 1. 2. Tit. III, 1. sqq. 1 Petr. II, 13. Quamquam enim per redemptionem Christi omnes vere credentes in libertatem vindicati, Io. VIII, 36. et omnes in Christo Iesu idem sunt, Gal. III, 28. hoc tamen ad spiritalia tantum, siue ad interiorem hominem et conscientiam, nequaquam vero ad res externas attinet, quemadmodum inter alia ex adducto cap. Io. VIII. et 1 Tim. VI, 1. 2. liquet. Vnde Christus Matth. XXII, 21. eiusque apostoli, in citatis et aliis scripturae locis pluribus, officium magistratui, quantumvis tunc temporis ethnico, debitum non solum diligentissime inculcarunt, Rom. XIII, 1. 2. sed bono etiam obedientiae et submissionis exemplo eis ipsi praeluxerunt, Matth. XVII, 25-27. Io. XIX, 11. Act. XXV, 10. nec non christianos dominos et heros de legi-

legitimo Deoque placente potestatis suæ vfu
erudiuerunt. Eph. VI, 9.

§. IV.

Ad digne fungendum magistratu siue *Quinam*
laudabiliter et cum fructu reipublicæ impe- ad digne
randum, haud sunt idonei, nisi *viri strenui*, fungen-
Dei amantes, veraces, auaritiæ inimici, iusti- dum mu-
tia studiosi, ac spiritu veritatis et intelligentia nere ma-
diuinitus præditi; quemadmodum ipse Deus gistratus
excellentes istas proprietates ab imperanti- idonei?
bus (summis, imis) in verbo suo requirit,
Exod. XVIII, 21. 2 Par. XIX, 7. Sap. I, 1.
IX, 1. sqq. *LVTHERVS* Comm. in Exod.
XVIII. Tom. III. Alt. fol. 654. a. „Pri-
„mum quidem Deum iubentur timere: Nisi
„enim imperantes, prelati, principes et domi-
„ni, consules et iudices Deum timeant, mune-
„re suo minus recte fungentur. Non cogita-
„bunt apud animum, si quem iniuria adsece-
„rint, hac re se Deum ad iram prouocatu-
„ros. Item fol. 655. a. „Talis res est rerum
„publicarum rectio, ut nullum regnum bo-
„num rectumque sit, nisi in timore Dei admi-
„nistretur. Si quis deprehenditur hac dote
„præditus, is bene imperat, et diuinum munus
„est, perinde atque oris pulchritudo diuinum
„munus est. -- In vero numerum omnium prin-
„cipum et imperantium, qui Deum magis quam
„homines timent, quot, quæso, putas esse te
„colleclurum? Ego certe omnium istorum no-
„mina in unico digito inscriberem, similiter at-

„que non nemo, se omnium bonorum princi-
 „pum nomina in unum eundemque amulum
 „signatorum velle incidere, professus est. -
 „David talis fuit, et pauci aliquot pii reges in
 „regno Israelitico. David enim timuit Deum,
 „nec fuit, qui sit cum eo comparandus, nec
 „futurus est in terra. Ipse est excellentia et
 „gloria omnium principum. Nihil tamen se-
 „citus in aula eius fuerunt homines ei inimi-
 „cissimi, et inter hos ipse Absolom filius, eum-
 „que regno suo expulerunt, ut adeo Davidis
 „solum perpetua quasi successione tremuerit.
 „Qui enim multis imperare capit, is omnium
 „odium incurrere, variisque periculis sese ex-
 „ponere necesse habet. Qui hoc ferre non
 „potest, fugiat oportet rerumpublicarum ad-
 „ministrationem. - Secunda (imperantis) vir-
 „tus est, veracem esse, et amare veritatem.
 „Hic enim fructus est timoris Dei. Quisquis
 „Deum timet, in eoque confidit et gloriatur,
 „qui est in celo, is etiam veritatis amans est,
 „et libenti ac prompto animo facit, quod iustum
 „est, illudque fideliter exsequitur. Alioquin
 „multi doli, fallacie et fraudes sunt in mundo,
 „ut illudantur homines, et ius torquatur instar
 „nassi cerei; et opinione citius bonum in ma-
 „lum conuertitur, et quod iniustum est, in ius
 „mutatur. - Tertia virtus est, avaritie esse
 „inimicum. Prima virtus ad Deum spectat,
 „posteriores due virtutes magis ad homines
 „sefe demittunt. Item fol. 656. a. „Magna
 „alio-

„aliquin imperantibus suppetit occasio contra
 „ius fasque agendi; in primis si quis avarus
 „est, nec Deum curat, quamquam et alie
 „causæ sunt iniuriam alteri faciendi, scilicet
 „iracundia, invidia et odium. Si quis impe-
 „ranti fuit paullo molestior, vel ipsum offendit,
 „tum hic facile se ipsum ulciscitur. Quocirca
 „he præcipuæ causæ sunt, quamobrem magi-
 „stratus ius peruertant, nec agant ex æquo et
 „iure, (quando videlicet Deum non timent, ve-
 „ritatis non sunt studiosi, pecuniam et munera
 „accipiunt.) Enim vero si ex æquo et bono
 „iure res iudicandæ sunt, requiruntur viri,
 „qui nullam habeant honoris, potentiæ, opum
 „ac pecuniæ rationem., Quando autem illi,
 „qui magistratum gerunt, non sunt ita com-
 „parati, diuinum iudicium in regionem ali-
 „quam, ciuitatem aut pagum hac in re agno-
 „scendum est, Ies. III, 4. Eccles. X, 16. ta-
 „meti istis etiam obedientia a subiectis in
 „omnibus rebus, quæ conscientie non repu-
 „pugnant, deberur. Vid. §. III. et I Petr. II, 18.
 LUTHERVS de Excommunicat. Tom. I.
 Alt. fol. 478. b. „Malos ciues Deus punit,
 „malos illis dando principes, quemadmodum
 „Ies. III, 2. 3. 4. dicitur: Ablaturus sum mi-
 „lites et bellatores, iudices et vates, diuinos
 „et senatores, semicenturiones, et auctoritate
 „præditos, et consiliarios, et artibus eruditos,
 „et dicendi peritos, eisque pueros abbo prin-
 „cipēs et eos infantium imperio subiiciam.
 „Quum

„Quum igitur diuina pœna sit, ineptos et malos habere principes, et inter nos tam multi reperiantur, qui istam pœnam commerentur, minime mirum nobis debet videri, si magistratus nobis vim inferat, quid? quod mirari Deoque gratias agere debemus, si vim et iniuriam nobis non inferat.“ It. de Christiana Nobilitate nationis Germanicæ ibid. fol. 479. a. „Mundus tam insigniter improbus est, ut non solum non dignus sit bonis et piis dominis, sed etiam principes habere cogatur, qui bella gerant, tributa imperent, et sanguinem fundant, spirituales etiam tyrannos, qui per schedulas excommunicatorias, epistolas et leges homines depeculentur, et spolient. Hæc et plures aliæ pœnæ merces sunt ac præmium impietatis, quibus resistere non aliter est, atque diuinæ animaduersioni resistere. Quam demisse autem me gerero, si morbum mihi immittat Deus, tam demisse etiam me gerere debeo erga malum magistratum, quem idem Deus cervici meæ imponit.“

§. V.

Potestas
magistratus in
quonam
consistit?

Potestas magistratus in eo proprie consistit, quod qui eam habent, subditos Dei loco regere, ab eis obedientiam exposcere, ad eamque præstandam compellere illos debent. Atinere autem potissimum ad res externas, civiles et temporarias, non vero ad hominem internum siue conscientiam, secundum

cundum quam præter Deum nemini obedientia debetur. *LVTHERVS* Postill. Eccles. Domin. XXIII. post Trinit. (Tom. XIV. Lips. fol. 387. a. fin.) „*Animum Deus sibi postulat, corpus et facultates ad magistratum pertinent, quibus Dei loco imperat.*” Verumtamen magistratus christianus in rebus etiam ecclesiasticis potestatem habet eo adhibendam, ut omnia ad verbi diuini præscriptum et ciuium ædificationem ac salutem æternam instituuntur. Quam curam ei ipse Deus in verbo suo diligenter seuerèque mandauit, Deut. XVII, 18. 19. Ios. I, 7. 8.

§. VI.

Finis muneris magistratus est diuina gloria et subiectorum externa et spiritalis salus, 1 Tim. II, 2. quem vero finem non alii magistratus sibi vere proponunt, nec adsequuntur, quis? quam qui ita comparati sunt, ut §. IV. ostendimus. *LVTHERVS* de Magistratu Polit. Tom. II. Alt. fol. 271. a. „*Non sic ratiocinetur princeps: Terra, et homines mei sunt, agam, ut mihi lubet; sed ita: Ego sum terra et hominum, agere proinde debeo, quod ipsis bonum et salutare est; non licet mihi id curare, ut insolenter me efferam, et in capite fortunisque ciuium dominem, sed ut illi in bona pace conseruentur et defendantur. Christumque sibi ob oculos proponere debet, ac dicere: En, Christus, princeps optimus maximus, venit mihi que seruiuit, non*”

„id egit, ut potentiam, opes ac gloriam in me
 „haberet, sed solam necessitatem meam specta-
 „uit, et omnia eo contulit, ut ego potentiam,
 „opes ac gloriam in se et per se haberem.
 „Idem et ego faciam, non mea in subditis qua-
 „ram, sed sua, eisque in munere meo infer-
 „viam, eos tuebor, audiam, defendam, et hanc
 „solam ob causam regam ac gubernabo, ut ipsi
 „inde opes atque commoda habeant, non ego.
 „Ut adeo princeps in animo suo de potestate
 „atque dominio cedat, et rebus subiectorum
 „consulat, in illisque agat non secus, ac si res
 „essent suae ipsius. Ita enim Christus nobis
 „fecit, et haec proprie christiana caritatis ope-
 „ra sunt. Dixeriſ: Quis igitur princeps esse
 „cupiat? Hoc pacto principum conditio omni-
 „um longe miserrima foret, et molestiae, labo-
 „ris ac tedium plenissima. Vbi nam locum essent
 „habiturae oblectationes, quas ex saltatione,
 „venatione, ludis equestribus, comediis, aliis-
 „que exercitationibus ludicris captant princi-
 „pes? Respondeo: Non id iam praecipio, quo-
 „modo princeps aliquis secularis vivere, sed
 „quomodo Christianus esse debeat, ut et ipse
 „in caelum aliquando ingrediatur. Quis est,
 „qui nesciat, principem in caelo videre, esse
 „quasi avem albam videre? Neque hoc eo pro-
 „fero, quod sperem, principes seculares id
 „esse animis mentibusque suis mandatu-
 „ros, sed si quis forte sit, qui Christianus esse velit, ut
 „nosciam, quam iure rationem debeat. Id enim
 „mili

„mihi persuasissimum est, verbum Dei se non
 „adcommodaturum ad nutum et arbitrium
 „principum, sed principes se totos fingere et
 „adcommodare oportere ad praescriptum verbi
 „Dei. Satis habeo indicare, quod principem
 „esse Christianum, non sit ex iis, quae fieri
 „non possunt, quamvis id raro et difficulter
 „evenire soleat.”

§. VII.

Christianum igitur officium eorum Quod-
 omnium, qui magistratum gerunt, maxime nam offi-
 summorum imperantium, est: (1) Finem cium ma-
 muneris sui diligenter et constanter ante gistratus?
 oculos suos sibi proponere, adeoque omnem
 potestatem non ad animi elationem alia-
 que lucra et commoda carnis, sed sub-
 misse ac pure ad gloriam Dei et veram sub-
 iectorum salutem referre. Sirac. III, 19, 20.
 Gen. L, 19. 2 Sam. VI, 22. Vid. §. VI.
 LUTHERVS Comment. in Genes. Tom. VI.
 Witteb. fol. 615. b. (Tom. IX. Alt. fol. 1274.
 a.) „Sic in hoc vitae genere degendum est,
 „ut cogites de Dei timore, et humilieris co-
 „ram eo, ac memineris, te esse filium Ade,
 „peccati, mortis, damnationis, aeque atque alii
 „sunt, sicut docet Moses in suo Psalmo: Ita
 „tamen, ut servias Deo, vocanti te ad guber-
 „nationem, qua conservetur pax in civitatibus
 „et provinciis, coerceantur et puniantur fu-
 „res, latrones, homicidae, item bella gerantur
 „adversus hostes, qui turbant politicam pacem

„et tranquillitatem, atque hæc omnia fiant
 „cum modestia et inuocatione humili: Domine
 „Deus, ego sum filius bubulci et filius peccati,
 „sed quia tu vis regi mundum, conseruari pa-
 „cem, corrigi inordinatos, et ad illam admi-
 „nistrationem me vocas, libenter parebo: Ma-
 „lim equidem latere priuatus, sed quia tuæ
 „voluntati et mandato obsequendum est, fa-
 „ciam officium in timore et humilitate. Da
 „bleibt die Demuth unter der schönen güldnen
 „Ketten, Cron, Ringen cet. Non enim mihi
 „sum princeps, sed voluntati Dei et necessitati
 „hominum. (2) Eam ob causam Deum
 numquam non formidare, 2 Par. XIX, 7. et
 futuri iudicii meminisse, vbi Supremus, a
 quo omnis potestas eis data est, facta eorum
 excutiet et examinabit consilia. Sap. VI, 4.
 (3) Nationes, quæ in eorum ditione sunt,
 non ad arbitrium suum, vel secundum me-
 re naturalia statuta, sed secundum diuina
 oracula gubernare, eaque in omnibus rebus
 suscipiendis et gerendis pro consiliariis ha-
 bere; Deut. XVII, 18. 19. Ios. I, 7. 8. Pf.
 CXIX, 24. (4) In vera spiritus paupertate
 agnoscere, se ad fidam et fructuosam tam
 ardui muneris sui procurationem naturali-
 ter plane ineptos esse, adeoque ad Salomo-
 nis exemplum a Deo optimo maximo, qui
 solus sapiens est, Spiritum sapientiæ et in-
 telligentia, consilii et fortitudinis submis-
 se et ardentem petere; 1 Reg. III, 7-9. Sap. IX,
 1. seq.

1. seq. Iac. I, 5. 17. (5) Pro iis, quibus præfunt, indefessas ad Deum preces fundere, iisque in corporalibus et spiritualibus prospera quæque diuinitus orare; 1 Reg. VIII, 30. sq. 1 Par. XXX, 18. (6) Intra cancellos, quibus eorum potestas ab ipso Deo circumscripta est, se continere, adeoque haud alium maioremque honorem et obedientiam ab iis, qui ipso-
rum imperio parent, postulare, quam saluo amore Dei et proximi præstare possunt; Matth. XXII, 21. Vid. contrarium 1 Sam. XXII, 17. Dan. II. III. VI. Apoc. XIII, 4. 8. (7) Non imponere illis onera et tributa minus necessaria, sed iis, quæ ad salutis publicæ defensionem, diuinitus eis demandatam, requiruntur, contentos esse; Exod. V. Mich. III, 1. 5. (8) In publicis flagitiis et offendiculis ob temporale aliquod emolumentum non conuiuere, sed vi potestatis, qua pollent, id agere, ut ea seuerè et fortiter reprimantur; Rom. XIII, 3. 4. (9) Iustitiam sine personarum discrimine diligenter administrare, atque ita omnes, in primis timentes Deum, aduersus vim et iniuriam malorum defendere, et hos punire; Exod. XXIII, 6. Leuit. XIX, 15. Deut. I, 17. Ps. LXXXII, 2. 3. 4. Prou. XXIV, 23. 24. Iob. XXIX, 14. 17. Ies. I, 17. Ier. XXII, 3. Zach. VII, 9. Sap. I, 1. (10) Non solum ecclesiis et scholis, quantum modo et ordine sibi competente possunt, fideles operarios præficere, sed munera etiam sæcularia

Y haud

haud aliis, quam quorum de fide et iustitia persuasum habent, deferre; Psalm. CI, 3. 6. (11) Regionibus, imperio ipsorum subiectis, contentos esse, nec eas augendi earumque fines extendendi causa exitiosa bella suscipere; Exod. XX, 17. Ies. XXXIII, 1. (12) Pauperum in terris suis sollicitam curam gerere, eorumque inopiae et miseriae, tamquam fideles patriae patres, quocumque modo possunt, succurrere. Vid. Gen. XLI, 36.

§. VIII.

Quod-
nam offi-
cium eo-
rum, qui
in potesta-
te sunt al-
terius?

Officium eorum, qui in ditione ac potestate sunt alterius, est: (1) Deo optimo maximo pro tutamento magistratus, generatim quidem ignoto, per se autem insigni et maxime necessario beneficio, submissas gratias agere; Num. XXVII, 15-17. Iudic. XVII, 6. Prou. XI, 14. (2) Externa pace, quam sub magistratu christiano tutam tranquillamque trahunt, non ad carnalem securitatem et omnis generis flagitia abuti, sed ea in timore Dei, ad priscorum Christianorum exemplum, frui; 1 Tim. II, 2. Act. IX, 31. (3) Magistratum et vniuersum eius regimen ardentibus precibus Deo fortunandum commendare; 1 Tim. II, 1. 2. Ier. XXIX, 7. (4) Imaginem Dei in magistratu venerari, eiusque causa in animo eum reuereri, et reuerentiam istam externe etiam quouis modo, homines quidem christianos decenti, declarare; Rom. XIII, 7. 1 Petr. II, 17. (5) Non ob solam pec-
nam,

nam, sed etiam propter conscientiam, illi obedire; ita tamen, ut obedientia, Deo supremo debita, salua sit. Rom. XIII, 5. Tob. II, 9. Act. IV, 19. V, 29. Dan. III, 13. 16. VI, 8-10. 1 Sam. XXII, 17. (6) Libenti animo, sine murmuratione et iniusta fraudatione, tributum et vectigal ad curandam et tuendam publicam salutem pendere; Rom. XIII, 6. 7. Matth. XXII, 21. (7) Potestatem magistratus non instrumentum iniustitiæ et iracundiæ in alterum adhibere, sed ea dumtaxat ad necessariam defensionem ab improborum iniuria uti, salua, quæ Christianos decet, mansuetudine et caritate; Matth. XVIII, 30. 1 Cor. VI, 1. 7. Denique (8) prementibus et vexantibus magistratibus patientia salutis suæ consulere, et omnes potius iniurias, quas Deo permittente intulerint, ferre, quam ullo modo eis resistere. Apoc. XIII, 7. 10. Matth. V, 39. XXVI, 52. Rom. VIII, 36. Iac. V, 6. 1 Petr. II, 19. Ps. LXXXV, 9. CXXV, 3. Prou. XXIV, 21. 1 Sam. XXIV, 7. XXVI, 9. 11. *LVTHERVS* Postill. Eccles. Dom. XXIII. post Trinit. (Tom. XIV. Lips. fol. 387. a.) „*Ferenda est principis potestas. Si sua potestate abutitur, non ideo vitari principem, aut hunc in eo abusum vindicari et puniri licet. Obediendum est ei unice propter Deum, loco enim Dei est. Quanta- cumque igitur imposuerint tributa, illis obedire, et omnia patienter ferre debemus propter Deum. Siue iuste, siue iniuste agant, id suo*

Y 2

„tem-

tempore iudicabit Deus. Quare si bona tua, corpus et vita tua, et quaecumque habes, tibi eripiantur a magistratibus, in hunc modum eos adloquere: Libenter hæc vobis trado, agnosco vos dominos meos, libenter vobis obediam. Vtrum diuinitus vobis data potestate recte utamini, an male, vos videritis.,

§. IX.

Solatium
piorum
ciuium
quod-
nam?

Solatium christianorum et piorum ciuium est, (1) quod Christus Iesus supra omnem principatum, et potestatem, et potentiam, et dominatum, supraque omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, verum etiam in futuro, euectus, atque ita regum rex et dominorum dominus sit; Eph. I, 21. Apoc. XIX, 16. (2) quod magistratus sit bono ipso- rum a Deo institutus; Rom. XIII, 4. (3) quod non recte factis metuendus sit, sed prave factis; com. 3. (4) quod secundum interioremem hominem nulli nisi Deo et seruatori suo subiecti sint, ipsique in iustitia, pace et gaudio per Spiritum sanctum seruire possint; Prou. XXIII, 26. Rom. XIV, 17. (5) quod sub externa et corporali subiectione secundum spiritum et fidem a Iesu Christo, regum terræ principe, reges facti sint Deo et Patri suo; Apoc. I, 5. 6. (6) quod Christus aduentu et regno suo regna huius mundi aboliturus, suisque cum iustitia et pace æternum præfuturus sit; Psalm. LXXII. LXXV, 11. XCVI. XCVII. XCIX. CXXV, 3.

Dan.

Dan. II, 44. Ies. IX, 4. Apoc. XIX, 20. (7) quod cum Christo in ipsius solio sessuri, et omnibus Christi ac suis ipsorum hostibus æternum dominaturi sint, Apoc. III, 21. I Cor. VI, 2.

§. X.

Solatium eorum, qui christiano magistra-
tu funguntur, virtutum §. IV. memorata-
rum studiosi est, (1) quod hic ordo a Deo
institutus sit, adeoque legitime vocati saluo
officio christiano illum gerere Deoque in illo
feruire possint; vid. §. II. (2) quod Deus
ipso regni sui ministros agnoscat et hoc no-
mine honorari velit; vid. §. II. (3) quod
prosperitatem, opem et præsidium a Deo
certo sibi promittere possint, dummodo re-
gimen suum ad gloriam Dei et subiectorum
salutem vnice referant; Ios. I, 8. vid. §. VI.
(4) quod præ multis aliis multa ad utilita-
tem & salutem hominum possint efficere,
utpote quam ad rem ipse Deus per conces-
sam eis potestatem amplam occasionem ob-
tulit; vid. Act. XIII, 22. (5) quod de omni-
um piorum et religiosorum civium precibus
et supplicatione certi esse, et hinc mirificum
fructum a Deo, et quidquid boni in gloriam
Dei per eius Spiritum effecerint, pro eo
æterna gratiæ præmia sperare et expectare
possint; vid. §. VIII. (6) quod sancti angeli
ipsis contra malos spiritus aliosque eorum
inimicos suppetias veniant, pro illisque pu-
gnent;